se Recognoscentem abcessam cum universis ipsi utilitatibus, et usufructibus Competentiisque et prerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, summam pecuniariam quae et quanta se Recognoscenti ex Originali Summa provenientes concernit, per se Recognoscentem transfusam tollendi, levandi, et percipiendi, de levata et percepta quietandi, pro eademque si non fuerit persoluta Iure agendi, processus quosvis Iudiciarios instituendi, ac inchoandi, et ad debitum Executionis finem perducendi, premissaque omnia tanquam sua propria ex sorte et Interesse sui Recognoscenti abcessa ad suos Suorumque successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi; Iuris prefati Originalis sortem et Interesse sue Recognoscentis spectantis, ea omnia latius in se Complectens proventiis Cessi et transfusi vigore.

Feria secunda ante Festum Sancti Thomae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo.

19/XII

H. Borecki vigore Consensus S. R. M. Filijs Cedit

Ex

12-7

Comparens personaliter coram Officio et Actis presentibus Castrensibus Capitaneali Premysliensi Honestus Wasilius Michaylowicz alias Borecki Oppidanus et Incola Oppidi Wiznia Sacrae Regiae Maiestatis, sanus mente et Corpore existens, foro suo quovis Competenti Omisso, et Iurisdictione propria post habita, presenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo, palam literae publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto, quod sibi Recognoscenti super molendinum Urbankowski dictum ad Oppidum Wiznia in Palatinatu Russiae Terra vero Premysliensi situm et consistentem, sive eius Tertiam mensuram, omnesque et singulas eiusdem Molendini attinentias et pertinentias, in Literis Originalibus Privilegiorum super eadem bona datis ex-

pressas

2157

pressas servit, seu Regnum concernit, Iure eodem, item et Literis Privile-
giorum quorumvis super eas bona servien in praemissis lationibus. Necnon
de bonis praefatis Iuri praedicto subiectis, atq etiam summa quavis pecunia-
ria in bonis praefatis modo quovis et praecipue ex Taxis praefati molendi-
ni haerente. Cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, Competentiaq
et praerogativa quavis, omnibusq et singulis eiusdem molendini Utilitatibus
fructibus, proventibus, redditibus, Commodis emolumentis et obventionibus
quibusvis, Tum etiam aedificijs, structuris, sepibus, sepimentis, Hortis, po-
marijs, pascuis, stagnis, piscinis, lacubus, attinentijsq et pertinentijs
generaliter universis, Nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis
ac Cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq
successoribus, aut quopiam alio reservando et excipiendo, verum prout
praemissa omnia ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat,
ipsumq Concernebant, ac eidem legitime serviebant. Idem memoratus
et de facto Honestis Ioanni et Mariannae, item Stephano et Annae ac =
Alexandro et Mariannae Borecki Coniugibus filijs suis Cessit et Conde-
scendit, prout per praesentes Cedit et Condescendit. Omneq et integrum
Ius suum sibi ad praemissa serviens in personas eorundem filiorum Cessio-
nariorum suorum totaliter et plenarie transdedit, transfudit, et incorpora=
vit prout per praesentes transfert, transfundit et incorporat. In quodquidem
Ius Cessum praemissorum omnium et singulorum praesenti Cessionis iam
optime et de facto memoratus Recognoscens Honestus Basilius Borecki
Suprascriptis filijs Cessionarijs suis, dat et admittit coram officio praesenti
realem Intromissionem, et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem
quemcunq Competentem et Nobiles duos, die quacunq voluerint offici-
ose accipiendam. Per ipsos Honestos filios Cessionarios suos, hoc idem
Ius praesens Cessum praemissorum omnium et singulorum cum univer-
sis eorum Utilitatibus et emolumentis Competentiaq et praerogativa
quavis tenendi, habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice perfruendi,
ad suosq quosvis bene placitos usufructus libere et effectualiter convertendi,
Iuris Obligatis ea omnia latius in se Complectendo praesensq Cessi et transfusi vigore.
Et in Continenti coram eodem Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Prze
mysliensis

2150

mysliensi personaliter comparens Honestus Joannes Borecki suprascripti Regalib. filius, circa eandem inscriptionem Episcopianam, suo et suprascriptorum fratrum suorum nomine obtulit eidem Officio praesenti et ad acticandum porrexit Privilegium Conservationis Sacrae Regiae Maiestatis infrascriptum, sibi offerenti, et aliis infrascriptis personis per eandem Sacram Regiam Maiestatem gratiose collatum, et ratione infrascriptorum servicerum, manu eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis propria subscriptum, et sigillo pensili minoris Cancellariae Regni communitum. Cuius affectationi, personalique oblationi officium praesens ad recenalo, lurique communi eo in passu satisfaciendo, idem Privilegium uti salvum, sanum et illaesum omnique suspicionis nota carens a praefato offerente suscepit et Actis suis ingrossari demandavit, cuius est tenor talis.

Michael Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae Czernichoviaeque. Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest universis et singulis, Quia Nos ad intercessionem certorum Consiliariorum Nostrorum, nomine et ex parte Honestorum Joannis et Stephani Boreckich, Oppidanorum Visniensium, apud nos factam, faciendum duximus, ut eos in usu et possessione molendini Urbankowski dicti ad Oppidum Wisznia in Palatinatu Russiae consistens sitti seu ipsius tertiae mensurae conservaremus, et relinqueremus, prout Conservamus et relinquimus hisce Literis Nostris. Quod quidem molendinum seu ipsius tertiam mensuram, praenominati Honesti Joannes et Marianna, Stephanus et Anna Boreccy coniuges Oppidani Visnenses, unacum Successoribus suis, tam coniunctim quam divisim cum omnibus attinentiis et pertinentiis antiquitus ad idem molendinum spectantibus, tenebunt, habebunt et possidebunt, ad extrema quisque vitae suae tempora. Promittimusque pro nobis et serenissimis successoribus nostris, non esse nos serenissimosque successores nostros eosdem Honestos Joannem et Stephanum Boreckich cum coniugibus et successoribus eorum, ab usu et possessione dicti molendini sive ipsius tertiae mensurae possessione amoturos, neque amovendi cuipiam facultatem daturos, sed salvum et integrum illis Fidelitate et devotione ipsius Conservaturos. Quod et serenissimi successores nostri facturi sunt.

Janibus

2154

Juribus nihilominus nostris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaeque Catholicae sal-
vis manentibus. In cuius rei fidem praesentibus manu nostra subscriptis si-
gillum Regni est appressum. Datum Cracoviae die XXVI Mensis Novembris An-
no Domini MDCLXIX Regni nostri primo Anno. Conservatio circa
molendinum ad Oppidum Wiznia situm sive ipsius tertiam mensuram
Honestorum Ioannis et Stephani Borecki Oppidanorum Visnien. Cum Co-
niugibus et successoribus eorum. Ioannes Wołowski, Varmien. et Cul-
mensis Canonicus Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius. Michael Rex. Locus sigilli pen-
silis Minoris Cancellariae Regni. Post cuius Ingrossationem Originale eidem
offerenti per officium praesens extraditum est.

Feria Tertia in Vigilia Festi Sancti Thomae Apostoli Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo.

20/XII

1270

Krasowski MM. Potockie Quietatio.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal.
Praemysliensibus Generosus Samuel, a Magna Krasow Krasowski Tribunus
Starodubovien., sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuri-
bus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesenti
vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc actum ac se cum
successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorpo-
rando, atque subijciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit.
Quia ipse Illustres et Magnificos Andream in Potok Potocki Palatinum
Kiovien., Halicien., Lezaysciensem, Kolomien. Capitaneum, et Annam de Rysin Co-
niuges et eorum successores de causis et actionibus generaliter omnibus
tum de quibusvis Inscriptionibus per eosdem Magnificos Potockie Coniu-
ges in personam Recognoscentis coram Actis quibusvis authenticis Re-
gni modo quovis inscriptis et recognitis, necnon de quibusvis diversis
Contractibus ac eorum Inscriptionibus Roborationibus ac alijs quibusvis scri-
ptis